48456

ANASTASII GERMONII

EX CEVAE MARCHIONIBVS I. C.

Olim Archidiaconi Taurinenſis, hodie Archiepiſcopi, & Comitis Tarantaſienſis;

ET CAROLI EMMANVELIS ALLOBROGVM DVCIS,

ITALIÆQ. SVBALPINÆ PRINCIPIS SERENISSIMI

Apud ſacram Catholicam Maieſtatem

LEGATI;

OPERA OMNIA

AB IPSO AVCTORE RECOGNITA, atque opportunis additionibus aucta.

TOMVS POSTERIOR.

ROMAE, Sumptibus Hæredis Bartholomæi Zannetti. M.DC.XXIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſsimo Patri Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

P. Epiſcopus de Curte Viceſger.

VArios Tractatus Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi Domini Anaſtaſij Germonij Archiepiſcopi, & Comitis Tarantaſienſis, quos ad me tranſmiſit Reuerendiſsimus Pater Fr. Hyacinthus Petronius, Sacri Apoſtolici Palatij Magiſter, ſcilicet, *Paratitla in quinque libros Decretalium Gregorij Noni*, *Animaduerſiones Iuris*, & *Pomeridianas ſeſſiones*, legi, & diligenter conſideraui: in quibus præter miram eruditionem, abſolutiſsimos Iuris nodos, & legum ænigmata diſſoluta reperi; quiq. cum nihil contineant, quod bonis moribus, aut religioni Chriſtianæ aduerſetur, in commune bonum publici iuris fieri poſſe autumo: quare hanc mea manu ſignatam dedi. Romæ kalendas Nouembris M. DC. XX.

Ita eſt. *Angelus Lucianus I. V. D. & in Gymnaſio Romano horis pomeridianis in prima ſede Iuris Pontificij profeſſor.*

EGo Iulius Benignus, Sacræ Conſiſtorialis Aulæ, & Pauperum Aduocatus, de mandato Reuerendiſsimi Patris Fratris Hiacynthi Petronij Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtri, perlegi, atque recenſui diligenter Librum hunc inſcriptum, *Acta Tarantaſienſis Eccleſiæ*, ab optimo, & ampliſſimo viro Domino Anaſtaſio Germonio eiuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopo, & Comite Tarantaſienſe, in diœceſana Synodo Muſterij habita, edita; nihilque in eo reperi, quod bonis moribus, Religioni, aut Decretis ſacri Concilij Tridentini aduerſetur. ideoque in fidem hæc propria manu ſubſcripſi. Romæ die xvj. Septembris M. DC. XX.

Iulius Benignus, qui ſupra, manu propria.

EX commiſſione Reuerendiſsimi Patris Fratris Hiacynthi Petronij, Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtri, Ego Matthæus Tortus Papienſis Sacræ Theologiæ Doctor, perlegi *Epiſtolas ad Clerum, & Populum Tarantaſienſem*, Illu-

ſtriſ-

ANASTASII GERMONII

Ex Ceuæ Marchionibus,

ARCHIEPISCOPI, ET COMITIS TARANTASIENSIS,

PARATITLA

In Libros Quinque Decretalium D. Gregorij Papæ IX.

AD ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.

HIERONYMVM A RVVERE

ARCHIEPISCOPVM TAVRINENS.

R O M AE,

Sumptibus Hæredis Bartholomæi Zannetti.

MDCXXIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO
DOMINO

HIERONYMO A RVVERE ARCHIEPISCOPO TAVRINENSI

ANASTASIVS GERMONIVS
Archidiaconus Taurinenſis. S. P. D.

PRAECLARE de vniuerſo humano genere illi meriti ſunt, vir Illuſtriſsime, immortaliſq; ijs habenda eſt gratia, qui cùm vita hominum anguſtiſsimis circumſcriptam finibus, variæ, ac multiplici rerum cognitioni apprehendendæ, quam ne longiſsima quidem ætas aſſequeretur, ſufficere nequaquam poſſe animaduerterent; ingenij fœlicitate, ſtudio, & induſtria, ac diuino potius afflatu numine, id conſequuti ſunt; vt artes, ac ſcientias, quæ antea ſparſæ, variæ, inordinatæq; erant, in certam rationem, ordinem, ac methodum redigerent, de iſq; diſtinctam poſteris, & compendiariam doctrinam traderent. At verò, cùm nihil legum diſciplina præclarius, orbiq; terrarum ſalutarius eſſe ſapientes viri ſcriptis prodiderint: duobus proculdubio clariſsimis mundi luminibus GREGORIO IX. Pontifici Maximo, ac IVSTINIANO Imperatori, quorum præcipuè beneficio diuini, humaniq; iuris notitia ad nos peruenit, quam nullam forte, aut ſanè implicitam haberemus, non mortales ſolum, ſed diuinos prope honores à nobis deberi fatendum eſt. Alter enim, cùm fere cuncta, diuturnis conflictata bellis, ſub imperium redegiſſet, tum ad legum, ſine quibus Reſpublica diu ſtare minus poteſt, ſtudia ſe conuertit. In hanc vnam toto pectore curam incumbens, præclarum, memorabileq; facinus, a nonnullis ante Principibus fruſtra, perperamq; tentatum, aggreſſus eſt: vt immenſam illam tot ciuilium librorum molem, torrentis inſtar exereſcentem cohiberet: propeq. innumera legum volumina, quæ ingentis ſyluæ ſpeciem præ ſe ferrent, Triboniani, aliorumq. iuris anteceſſorum opera reſecaret, & leges tantum vtiles, ac neceſſarias, tam ex veterum Iuriſconſultorum monumentis, quàm Imperatorum Conſtitutionibus colle-

ANASTASII GERMONII

Ex Ceuæ Marchionibus, ARCHIEPISCOPI, ET COMITIS TARANTASIENSIS,

PARATITLA

IN LIBROS V. DECRETALIVM EPISTOLARVM GREGORII PAPÆ IX.

POST illos veteres Decretorũ collectores, Iſidorum, Burchardum, Iuonem, Gratianum, ac cæteros, qui priuata auctoritate multas, variaſq. ſummorum Pontificum epiſtolas, variaſq. conſtitutiones ex Concilijs tam generalibus, quàm prouincialibus excerptas, plurimaſque ſanctorum Patrum ſententias in vnum corpus digeſſerunt, alij ſumma probitate, ac ingenio viri ſequuti ſunt, qui & ipſorum ſummorum Eccleſiæ Principum epiſtolas, regulaſq. collegerunt, vti Bernardus Præpoſitus Papienſis, mox Fauentinus Epiſcopus, cuius collectio prima compilatio eſt dicta. Huic ſucceſſit Gibertus, & Alanus, & eorum diſcipulus Ioannes Galenſis; quià magiſtris tentata, & inchoata ſibi quaſi propria vindicauit: & hæc fuit ſecunda compilatio. Eodem exemplo ſequutus eſt Bernardus Archidiaconus Compoſtellanus, qui etiam nulla, vti ſuperiores, auctoritate, tertiæ compilationi, quæ eſt Romana appellata, cœpit operam dare. Interim tamen Petro Beneuentano Innocentius huius nominis tertius, qui cùm, vt Pontificia auctoritate aliqua collectio ederetur, à Romanis hominibus plerumque eſſet rogatus, mandauit, vt publica auctoritate Decretalium liber conſcriberetur; quo factum fuit, vti tertiam haberemus compilationem. Subinde in Concilio Lateranenſi ab eodem Innocentio conuocato, aliud quoque volumen poſterioribus eius conſtitutionibus, & ipſius Lateranenſis Concilij lxxj. capitibus eſt comprehenſum; ex quo quarta compilatio nomen habuit. Tandem quinta collectio acceſſit à Tancredo Bononienſi Archidiacono, ex Honorij iij. conſtitutionibus concinnata. Nouiſſime verò Gregorius nonus iam dictas quinque collectiones in ordinem, & compendium, idque libris quinque diſtrictum à Raymundo eius capellano redigi iuſſit; ita vt omnes conſtitutiones, & epiſtolæ decretales, quæ ad vſum ſui temporis facere videbantur, eo volumine continerentur, & quæ dubiæ in prioribus erant, declararentur; ſimiles, contrariæ, ſuperuacuæ, atque inutiles penitus ſummouerentur. quod, de ſuo nomine appellari voluit *Decretales*. quemadmodum Theodoſianus Codex ab Imperatore Theodoſio, & Iuſtiniani Codex ab Iuſtiniano dictus. Sic & Gregorianus, & Hermogenianus, licet non ab Imperatoribus, ſed ab earum editionum auctoribus deducant nomen. Decreta dicuntur ſtatuta, ſeu ſententiæ. Decreta à decernendo deriuant. Decernere eſt, cùm quis cognoſcens ſtatuit, *l. 1. ff. de conſtitut. princ.* hinc Decreta appellantur ſententiæ in cauſarum cognitionibus prolatæ, *l. nec quicquam. ff. de offic. proconſ.* idque apertius conſtat ex inſcriptione plurium legum, vel in *l. vlt. ff. de iure patron. Paulus*, inquit, *imperialium ſententiarum in cognitionibus prolatarum, ſeu Decretorum ex libris ſex libro primo*. Vnde Cicero, *Senatus Decreta*; ſic *Pontificum Decreta. can. ſi Romanorum 19. diſt.* & hæc conſtitutiones vulgo appellamus, *d. l. 1.* & *d. cap. ſi Romanorum*. qualibet enim conſtitutio, & Decretum dicitur, *cap. ne innitaris.*

ANASTASII GERMONII

EX CEVAE MARCHIONIBVS,
ARCHIEPISCOPI, ET COMITIS
TARANTASIENSIS,

ANIMADVERSIONVM

TAM EX IVRE PONTIFICIO, QVAM CAESAREO.
LIBRI DVO.

AD SERENISSIMVM
CAROLVM EMANVELEM
ALLOBROGVM DVCEM,
Et Italiæ Subalpinæ Principem.

ANASTASII GERMONII

EX CEVAE MARCHIONIBVS,

ARCHIEPISCOPI ET COMITIS TARANTASIENSIS,

POMERIDIANAE SESSIONES.

IN QVIBVS LINGVAE LATINAE DIGNITAS aduerſus eos defenditur, qui cum ea Hetruſcum idioma non modò conferre, ſed & anteponere audent.

AD SERENISSIMVM

CAROLVM EMMANVELEM

ITALIAE SVBALPINAE PRINCIPEM.

ACTA TARANTASIENSIS ECCLESIAE

AB ANASTASIO GERMONIO
ARCHIEPISCOPO, ET COMITE
TARANTASIENSE

In Diœceſana Synodo Muſterij habita iij. Nonas Maij
M. DC. IX. promulgata.

Cum rerum, ac materiarum copioſo Indice.

AD SERENISS. PRINCIPEM
D. FERDINANDVM
S. R. E. CARDINALEM
AVSTRIACVM
ARCHIEPISCOPVM TOLETANVM.

ANASTASII
GERMONII
EX CEVAE MARCHIONIBVS,
ARCHIEPISCOPI ET COMITIS TARANTASIENSIS,
EPISTOLARVM
Ad Clerum, & Populum Tarantaſienſem
LIBRI TRES.

AD SERENISSIMVM PRINCIPEM
MAVRITIVM S. R. E. CARD.
A SABAVDIA.

REGESTVM.

a A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt.

Omnes ſunt Terniones, præter Nn, Quaternionem, & Tt, Duernionem.

R O M AE,
Sumptibus Hæredis Bartholomæi Zannetti.
M D C X X I I I.

SVPERIORVM PERMISSV.